UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Argumen[t]um epistole prime

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Quintus Horatius Flaccus Venuſinus

Liber Primus Epiſtolarum.

Argumentum epiſtole prime

PRohemij munere fungitur hec epiſtola Nam cum graui ore iam etate conſtitutus teneriora poemata omittere (qꝫuis Mœcenatis rogatu ea ſuſcepiſſet) ꝛ res grauiores atqꝫ ex intima philoſophia depromptas vt ſibi ciuibuſqꝫ ſuis prodeſſet litteris mandare decreuiſſet. excuſat ingraueſcentem etatem veluti laſciuioribus nequicijs ineptam. ꝛ veluti preterite neglige̅tie penitentia ductus ſuam in hec ſtudia properationem deſcribit Captat igitur beniuolentiam a perſona Mœcenatis cum illum dignum pronunciet: ꝛ quod olim laudatus ſit ꝛ quod rurſum deinceps laudandus captat a ſua: cum ſe veluti memorem gratumqꝫ beneficiorum commendet Captat a re ipſa que ad communem omniu̅ vtilitatem pertineat Quin ꝛ ab eadem re magnitudine vtilitatis propoſita. auditores in ſummam attentionem adducere valet Qua̅ dum ꝓponit ſimul ac docilitati inſeruit

Epiſtola p̄ma ad Mœcenatem.

Prima dicte mihi ſumma dicende camena
Spectatum ſatis ꝛ donatum iam rude queris
Mœcenas iterum antiquo me includere ludo?
Non eadem eſt etas: non mens veianius armis
Herculis ad poſtem fixis latet abditus agro?
Ne populum extrema totiens exoret harena:
Eſt mihi purgatam crebro qui perſonet aurem
Solue ſeneſcentem mature ſanus equum: ne
Peccet ad extremum ridendus: ꝛ ilia ducat?
Nunc itaqꝫ ꝛ verſus ꝛ cetera ludicra pono
Quod verum atqꝫ decens curo. ꝛ rogo: ꝛ oi̅s in hoc ſum:
Condo ꝛ compono que mox depromere poſſim
Ac ne forte roges: quo me duce quo lare tuter
Nullius addictus iurare. in verba magiſtri